


FVNDAMENTVM

anguli, scilicet MQP modo inuentus, & QPM Rectus. Datis itaq; & in eodem Triangulo tribus, explorentur & tria reliqua: latus nempe PM , quod erit quaesita Declinatio: & latus QP , eoq; sublato è latere modo inuento RQ , relinquitur RP , quaesita Ascensio Recta. Deinde verò ex inuenta Ascensione Recta RP dabitur distantia RY , eritq; idem Y Medium caeli, seu punctum Eclipticae, quod cum dicto puncto Aequatoris seu Ascensione Recta inuenta caelum mediat, seu caeli culmen attingit atq; conscendit. Decerptum ex 4. capite libri 2. Copernici. Atq; iam deinceps, modo libuerit, ex nota Ascensione Recta & Declinatione duarum stellarum, facillimo quidem negotio reperietur & earundem inter se ab inuicem distantia, per calculum, sineq; obseruatione, perq; solutionem Trianguli Obliquanguli sphaerici vsitati secundi. Qua verò recula, cum per se sit facillima ac manifestissima, peculiari indicatione minimè indiget. Ideoq; haec haectenus de tum directa tum reciproca obseruationis ratione ac procedendi modo, deq; obseruatione locorum stellarum fixarum. Atq; sic caelesti facie vt cunq; depicta, seu depingendi potius ratione indicata, ad inferiora illa septem in aëre pendentia varieq; vagantia corpora, quae planetae dicuntur, ex summo aethere paululum descendemus, adq; ipsorum per aëra descriptos gyros animum adpellemus.

Finis Obseruationis locorum stellarum fixarum: Sequitur obseruatio
motuum ac reuolutionum planetarum.



Sit in aduante Diagrammate CD Horizon. ADBC Meridiana. AB Ortus.
 talis. GH Aequator. IK Ecliptica. L deq; polus aequatoris. E. Eclipticae vero I. No-
 tad; longitudo 2 M. seu (per 4. El. Triang.) R. Latitudo vero eiusdem etiam nota
 M. Quaequidam Ascensio Recta RP. Declinatio M. Meridiana est. RT. Quoniam
 igitur in Triangulo Rectangulo RQO tria latitudinis datae, nempe latitudo R. Nota longi-
 tudo: & angulus RQO, angulus in puncto Declinationis seu intersectionis
 Eclipticae & aequatoris angulus RQO Rectus: inuestigantur ex tribus his notis &
 reliqua tria: patet angulus RQO & latus RQ & latus RO, quae ad hunc notis latitudinis
 nota in puncto latitudinis, colliguntur totum latitudo RQO, cuius etiam nota
 angulus

Cap. V.